

CAESAREAE LEOPOLDINO-CAROLINAE ACADEMIAE NATVRAE CVRIOSORVM

P R A E S E S

VIRO PERILLVSTRI, CELEBERRIMO EXPERIENTISSIMO,

ROBERTO DE VISIANI,

MEDICINAE DOCTORI, IMPERIALIS ET REGIAE ACADEMIAE SCIENTIARVM ET ARTIVM PATAVINAE PRAESIDI, BOTANICES IN VNIVERSITATE
LITTERARVM PATAVINA PROFESSORI, HORTI MEDICI DIRECTORI REL. REL.

S. P. D.

Quod statim a primordiis suis symbolum sibi elegit Academia nostra: NVNQVAM OTIOSVS, hoc ipsum ut cuncti, in eandem recepti vel recipiendi, sedulo observarint et perpetuo observent, vehementer exoptat; atque illud quoque de iis, quos noviter ad collegium suum invitat, aut qui generoso instinctu ad societatem feruntur, aut qui a collegis commendati sunt, subsumit. Sunt enim inexhaustae rerum naturae, et medicae scientiae, et artis divitiae, ut cuilibet prostet aliquid, in quo industria se exerceat. Atque quum unius hominis, aut paucorum, non sit, in tantum tamque amplissimum campum excurrere et cuncta in eo perscrutari, et sint mille rerum species, et rerum discolor usus: utique complurium bonarum mentium inclinatione, labore strenuo et consociatione opus est. Quapropter non poterit non exoptatus gratusque evenire nobis accessus Tuus, Vir excellentissime et experientissime, quo magis eruditio Tua, et in perscrutandis Naturae operibus admirandis studium, non nobis solum, sed toti orbi litterario cognita perspectaque iam existunt. Esto igitur, ex merito, nunc quoque noster! Esto *Academiae Caesaruae Naturae Curiosorum* decus et augmentum, macte virtute Tua et industria, et accipe, in signum nostri ordinis, cui Te nunc adscribo, ex antiqua nostra consuetudine cognomen **B O C C O N E**, quo collegam amicissimum Te hodie primum salutamus. Salve in consortio nostro! Salve, inquam, et effice, ut in posterum Tua, nunquam otiosa, suavi doctaque sodalitate laeti frui diu queamus. Vale.

Dabam in Vniversitate litterarum Vratislaviensi d. XV. Octobris a. MDCCCXLIV.



CHRISTIANVS GODOFREDVS NEES AB ESENEBECK,

Medicinae et Philosophiae Doctor, Ordinis Borussiae Aquilae Rubrae III. Class. laevis ornati, Magni Ducis Saxe-Viennensis Ordinis Palensis albi et Magni Ducis Badenensis Ordinis a Leone Zähringensi cognominati Eques.

Academiae Imperialis Naturae Curiosorum Praeses,

Botanices in Vniversitate Litterarum Vratislaviensi Professor publicus ordinarius,

Horti medici Director,

Facultatis medicinae Regiae Vniversitatis scientiarum Hungaricae Pesthinae et Academiae

Medicinae Chirurgicae Vindobonensis Membrum,

Collegio eorum, ad amplificandum Musaeum Regni Bohemici patriam constituto, Societati Imperiali et Regiae Medicorum Vindobonensium, botanicae Edlenburgensi, Lyceo historiae naturalis Noeboracensi, et Societati Silesiensi, culturae patriae studiose, honoris causa adscriptis.

Imperiali Academiae Scientiarum Petropolitanae et Regiae Academiae Taurinensi, Neapolitanae ac Monacensi, Academiae scientiarum physicarum Philadelphicae, Societati Regiae scientiarum litterarum et artium Anterpiensi, Medicae et Physicae Brucellensi, Goettingensi, tum Societati

Musci historiae naturalis Argentoratensi litteris coniectis.

Virorum Horticulturae studiosorum Londinensium, Vindobonensium et Holmensesium Sociis, Societati Amicorum Naturae Scrutatorum Berolinensium et Naturae Scrutatorum Helvetiorum, Physico-Medicae Erlingensis, Limonae Londinensium et Parisiensium, Physicae et Chemicae Groningensis, Caesaruae Naturae Curiosorum Marburgensium, Naturae scrutatorum Halensis, Göttingensis, Norimbergensis, Lipsiensium, Gerlitzenis et Senkenbergianae Frankofurtensis, Botanicae Ratisbonensis, Londinensium et Gandavensium, Physiographicarum Lundensium, Entomologicae Londinensium, Mineralogicae Jenensis, Physicae et Medicae ad Rhenum inferiorum, Physicae et Medicae Dreudensis, tum Societatis Batavicae litterarum et artium, Weltericae, ad promovendam Historiam naturalem Italiae, et Marburgensis Sodalium.

Consilii Regii Agricoliarum Bavaricae Membrum ordinarium,

Regiae Societatis oeconomicae, in Marchia Borussiae constitutae, Electoralis oeconomicae Hanovicae, Regiae Societatis, cui Horticulturae, in Regno Borussiae, et eius, cui in Hannoveria Horticulturae amplificandae cura est, Foederisque Pharmacopoeiarum Bavaricarum, Guelphico-lipponum et Bavaricae Rhenanae Sociis honorariis.

, suavi doctaque sodalitate laeti irui diu qu

litterarum Vratislaviae d. XV. Octobris a. M



CHRISTOPH

*Medicinae et
Magni Du*

Botanic

Facultatis m

vir

et

auralis N

*Imperiali Ac
ac Monacens
litterarum et*

*Virorum
Societatis A
Physico - Me
Groningensi
Gedanensis,
nicae Ratis
Londinensis
et Medicae*

Regiae So